



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De illo Christi dicto, Tu es Petrus &c. Mat. 16. tit. 286

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

scilicet trabem odij non videmus, sicut Christus inquit Matth. septimo, Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem &c?

Tertio, Augustinus vult, vt unusquisque deponat ex corde suo discordiam: & si non erubisti peccare, noli etiam erubescere rogare veniam. Si cōcedit inimicus, amborum animas liberāsti: sin autem, tu animam tuam liberāsti, & Christi praeceptum implēti, Matt quinto: Vade reconciliari fratri tuo. Subinde dic: Domine, vindica me, occide inimicum meū, non puto hominē, sed inimicum i. iram, odium, superbiā, luxuriā, auariciā, hæresim, discordiam, &c. sic occide inimicum, vt salues fratrem: occidas inimicitias, salua naturam: Sic ora, vt vindicet te Deus, id est, peccatum auferendo, pereat peccatum, quod te perlequitur, sed maneat frater. Sic inquit Prophetā Psalm. 12 Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morre, ne quandō dicat inimicus meus, Prevalui aduersus eum. Non homo te persequitur, sed satanā est, qui te per hominem, & diuersis alijs modis quz. rū prosterñere ideo orandum est, Matt. 6. ne inducamur in tentationem. Sic omnem hæresim cupimus occidi, vt saltē homines saluentur.

*DE ILLO CHRISTI DICTO,
Tuis Petrus &c. Matth. 16.*

TITVLVS CCLXXXVI.

IDE S catholica est, quod Petrus, id est Papa est constitutus supra terrā in Ecclesia à Christo tanquam caput concordis unitatis in fide, & ad hanc legitimam ordinem tuendam. Est enim Christus caput fidei nostræ, in quod credimus, 1. Corint. tertio, Fundamentum aliud &c. At potestas non est caput fidei, sed unitatis, vt omnia quiete & ordine Romanor. decimoterio fiant, & pax conseruerentur.

Non regitur multitudo sine capite & rege. habent enim grues & formicæ suum regem, &cæt. Ut ergo potestas sacerdotalis iure diuino desert gladium, Romanorum 13. sic iure diuino habet primatum Papa regendi & pascendi oves Christi, Ioann. 20. In rebus ergo dubijs circa scripturam, religionem, &cæt. audiendus est Papa, id est, Concilium. Ergo qui illi resistit, Dei ordinationi resistit. Habet quoque potestatem, nedum culpæ soluendæ, verum etiam pœnæ pro peccatis debitæ, &c. & sic in potestate & virtute Christi, non propriæ dignitatis.

Secundò, propter hanc confessionem & primatum Papæ, exortæ sunt variæ hæreses & persecutio[n]es. Nam non aliundè pullulârunt hæreses in Ecclesia ab initio, nisi ex contemptu Pontificis, & ideo satan, dum ordinem & pacem, ac fidem Ecclesiæ vult perturbare, à capite incipit, ut testatur Cyprianus, & ex hoc primò natum est catholicum & sectariorum nomen, ut qui obediebant Ecclesiæ & Papæ, hi dicti sint catholici: contemptores autē, hæretici aut schismatici. Ob id SS. patres & etiam Constantinus admonuerunt, nobis in precio esse debere catholicum nomen, quod comprehendit Ecclesiam per totum mundum diffusam, non in angulo latenter. Subiundè ex hoc venit excommunicatio Papæ, & bannum Imperatoris post vnam & alteram admonitionem, Ti. 13. & exiundè surrexit magnum odium & persecutio hæreticorum. Dicitur ab illis Papa Antichristus, Cæsar canis sitiens sanguinem: sic nobis imponitur, quasi adoramus Papam, quem aliqui etiam hæreticorum vocabant pestem maximam, Ecclesiæ summum pompeum, summū pulpificem. Summa, nullus hæreticorum vñquam obediens voluit Papæ, & omnes suos sectarios etiā iuramento adstringunt, ne obediāt Papæ, eiusve decretis. Simile planè habetur de Nouato, ut scribit Euseb. libr. sexto, cap. 34. Ecclesiast. historiæ

R R r 4 de his,

de his, quibus dabatur ad manum Eucharistia, ut
nunciarent Papæ. Sic hodiè iurant sectarij cùm à Su-
perintendentibus suis ordinantur, sc̄e nunquām Pa-
pæ obediare velle nec suis decretis.

Tertio, omnes sectæ violent hunc articulum fidei,
Credo vnam Ecclesiam. Si hanc crederent unitatem
Ecclesiae, non se separent à capitum obedientia, Papæ
& Cæsaris: non se separarent à communione sancto-
rum, qui omnes vnanimiter crediderunt, & perma-
serunt in illa unitate & obediētia, quam Christus in-
stituit, Matt. 16. Tu es Petrus. At non curant sectæ san-
ctorum libros, doctrinam, communionem, &cæ. Re-
spondeo, non mirum, quia extra unitatem corporis
mystici sunt, i. Cor. 12. correpti sunt & admoniti fra-
ternè, vt redeant ad unitatem Ecclesiae: sed quoniam
nolunt, i deo denūciatum est Ecclesiae Catholicae per
totum orbem de eis per Papam & Imperatorem, quæ
sunt capita Ecclesiae ministerialia & à Deo ordinata,
& suas bullas emiserunt. Ideò à nobis tanquam eth-
nici habendi sunt, Mat. 18. Ut igitur non curas ethni-
ci & Iudei fidem, &cæ. sic nec illorum: ergo persecu-
tionem, quam patimur, id est, propter hanc capitum
obedientiam, propter Christi ordinationem patimur
Rom. 13. Matth. 16.

*RE CE DENTIVM A FIDE PE-
tri & Romana Ecclesia obedientia, dāna.*

TITVLVS CCLXXXVII.

PRIMÒ, Apostolus Paulus dicit, quod
in nouissimis diebus discedent homi-
nes à fide, i. Timo. 4. scilicet catholica,
attendētes spiritibus erroris, id est, au-
diēt spiritus docētes errores, i. eos qui
iā olim dānati sunt, renouātes, sicut Taciani heretici
prohibentes omnino nubere, quasi matrimonium sit
peccatum, & cibos aliquos fugiūt, sicut Iudæi, &c. &
Petrus